

S. ERHARTVS DEI MINISTER.



SANCTUS Erhartus optimis literis à teneris annis apud Scotos institutus, in uirum doctissimum euasit. huc accedebat uitæ integritas, & prædicandi passim Euangelij Christi cupiditas. Itaque in Germaniam perueniens, ad Rheni ripam homines in uera doctrina instituit, & plurimos ad uirtutes perduxit. Postea quoque anno Christi 750, per Rhenum ascendens, in Bauariam peruenit, atque ibidem magna facundia Christi religionem commendauit. Hanc eius prædicationem plurimum insignes uirtutes, & admiranda opera adiuuabant, inter quæ refertur, quod S. Otiliæ cæcæ uisum restituerit. Cum hac ratione optimè suo munere sum-

ctus esset, moritur, & sanctorum catalogo inseritur. Theoph. Leb. in Onomast. Theolog.